

DE LACTE
DISPVATIO
MEDICA,

HAB. DIE VII. DECEMB.

PRAESIDENTE DOCTORE
MARCO PFEIFERO LIPSICO.

RESPONDENTE MICHAELE
BARTH ANNAEBERGENSEI OPT.
ARTIVM ET PHILOSOPHIAE
MAGISTRO.




LIPSIÆ

IOHANNES RHAMBAVVS
EXCVDEBAT

Anno

M. D. LVIII.



W woluminie kolejno współprawne sygnatury:

**Odręczny
spis tytułów**

SD 4122 II

SD 4123 II

SD 4124 II

SD 4125 II

SD 4126 II

SD 4127 II

Inc. 331

SD 4129 II

SD 4130 II

SD 4131 II

SD 4132 II

SD 4133 II

SD 4134 II

SD 4135 II

SD 4136 II

SD 4137 II

SD 4138 II

SD 4139 II

SD 4140 II

SD 4141 II

SD 4142 II

SD 4143 II

SD 4144 II

SD 4145 II

SD 4146 II

SD 4147 II

SD 4148 II

SD 4149 II

SD 4150 II

SD 4151 II

SD 4152 II

SD 4153 II

SD 4154 II

SD 4155 II

SD 4156 II

SD 4157 II

SD 4158 II

SD 4159 II


SD 4160 II

SD 4161 II

SD 4162 II

Inc. 331 b

Rkp. XVI wiek





In hoc libro contenta

- 1 Caxemes p. inera mediana, a de peste, Gab. f. yale p. 17. G.
- 2 Poptaria epigon medica, emde, Antiochia ad 62. L.
- 3 Podagra liden elegiac p. Ed. Hesp. Plogitio, 31. C.
- 4 Febrio dialogis Hottentis, 14 brendin Luthon. A.
- 5 In C. Plinij l. 30 cap. 122. Magia Apologia Tuteny. G.
- 6 Masheoli test de artificiali memoria. A.
- 7 Ars memoriae Ge. Sibitij a pœniata alio. A.
- 8 Vithenta Exorata p. linn Cornarum. ad 45. Encl.
- 9 Nita ac Brachila p. Vity. Exor. asseruanda p. iud. Aug. & in Floreho.
- 10 Ad illibet calumnias Fudij, rufio Egenolphi. B.
- 11 Disputa de testam na a mial seminis na D. Roth a.
- 12 Disp. Wensley Baion q. D. Roth. Aet.
- 13 Disp. Homicij Schemey de morte Gori.
- 14 Disputa D. Amichatij de pœniemoria. &c. D.
- 15 Disputationes duae D. Rothae p. Dolorandis aliq.
- 16 Disp. D. Amichatij, de 180 Comitah.
- 17 Disp. Casp. Naey de Phebotomia. ad 48.
- 18 Disp. D. Fendij, p. Rerpadhero doctorendo.
- 19 Disp. D. Meney de catharus, rudente P. hio. ad 49. C.
- 20 Disputa D. Roth cum Pœsthorfio de Phebotomia alio.
- 21 Allocutio a purgatio Sumat D. Naey, ad 51. C.
- 22 Disp. de plegmone, 1 Hamillay & Flacq.
- 23 De lotione a balneis D. Amichatij & Plogitio. E.

24. Disputa. R. Jacobi Tiliichij & Sincero & Nathero.
25. Diss. P. Rell, & Bodrio, Nachholdo.
26. Diss. de causis febrind in græc, V. Clavinij.
27. Diss. P. Svin: Scheitij de Anst. T. Bi. nativa.
28. De sang & pituita V. Peembach & 3 Doctores
29. V. Peembach & doct. V. Quast medica (D)
31. De calore & spiritus nativis diss. Meinerij & Steinnich. C.
32. De nino & eius quatuor V. Hoffmann & Scheitij
33. De lute diss. Hufsen & M. Baroth. 34. Esstasis Strack.
35. Elementa Hipp. & Gal. V. Peembach & M. Baroth.
36. Reta moderat. ratio V. Meinerij. C.
37. Cæ & principia certitudinis V. Tiliij Regionioh. C.
38. Diss. de pfect. nativis diss. Lamm, Faysen.
39. Ougo & ea pfect. & Bernhardi Eincedling.
40. Cuius & pfect. V. Herring. Steinnich. 41. V. Kohnmayer.
42. Von ungeliefen. 43. Vom Meinen ^{bro. off} melf.
44. Facetia & mores mense carum. 45. Caphys V. Pistor. E.

DE LACTE
DISPVATIO
MEDICA,

HAB. DIE VII. DECEMB.

PRAESIDENTE DOCTORE
MARCO PFEIFERO LIPSICO.

RESPONDENTE MICHAELE
BARTH ANNAEBERGENSI OPT.
ARTIVM ET PHILOSOPHIAE
MAGISTRO.



LIPSI AE

IOHANNES RHAMBAVVS
EXCVDEBAT

Anno

M. D. LVIII.

AD LECTOREM.

L Acte nouo, uino dulci, succoque Mimeruæ
Qui bonus ex oleæ fructibus exprimitur:
Non hominum uitam sanam modò posse putauit
Quidam produci in tempora longa sophos.
Sed si aliquo posset fieri potuq; ciboq;
Immortalis homo, censuit hisce fore.
Palladij sanè preciumq; usumq; liquoris
Testatur medio maxima turba foro.
Dulcia quod recreent natium uima calorem
Qui negat, is stupido gutture potet aquam.
Lacte sed est primis quis non nutritus ab annis?
Nemo carens potuit munere lactis ali.
Lac succos multos alimenta; fortia prebet,
Lacte caprino altus Iuppiter ipse fuit.
Ergo postquam alij sit quanta potentia Bacchi,
In media nuper disseruere schola.
Pro nostra, themata hæc, niueo de lacte, uirili
Nos dedimus Medicis discutienda Viris.
Fortè aliquis possit nos aliquo ordine deinde sequetur,
Cui placeant olei commoda mille sacri.

M. BARTH.

SD H15211



QVAESTIO.

Vtrum Lac, humor postgenitus, albus, ex sanguine animalis in mammis ad nutritionem foetus principaliter à natura elaboratus:

Differentium sit partium & temperamentorum, & tam medicamenti vsus præstet, quàm cibi?

CONCLVSIONES:

DE NOMINE.

I.

Disputaturi de natura eius humoris qui in animali genitus Græcis nominatur γάλα, vel παρὰ τὸ καλὸν εἶναι εἰς ἀνατροφὴν quasi καλα, vel παρὰ τὸ γυναικεῖ τὸ ἀλλόμαι, quasi ἐκ τῶν γυνῶν ἀλλόμενον, Latinis vero Lac & Lacte:

Excludimus initio considerationem eorum omnium, quibus aliàs hæc appellatio propter similitudinem quandam tribuitur.

II.

Nam & Lactuce, quæ nomen inde habere videtur, & Tithymalorum succus lactis nomine designantur, & in carmine de Nuce legitur:

Lamina mollis adhuc tenero est in lacte quod intra est.

III.

Repudiamus porro sententiam eorum, qui Lac pus quoddam esse existimarunt.

IIII.

Ita uerò opinatus est Empodecles si Aristoteli credimus, vel saltem improprie vsus est Vocabulo, cum dixit πύον λευκόν.

V.

Videmus enim illi subueniri posse ex Grammaticorum commentarijs, qui annotarunt Græcòs lacteum quiddam πυός nominasse, atque id præcipue quod primo post partum emulgetur, à Latinis Colostrum dictum.

DE MATERIA LACTIS.

VI.

MAteriam lactis arbitramur esse sanguinem menstruum, ita quidem largè nominatum, sed puriorem ac sinceriores.

VII.

Nominandum verò ita censemus humanæ speciei causâ potissimum, cuius hic præcipuum habemus respectum, ut Medici.

VIII.

Est enim Medicinæ subiectum corpus humanum.

DE DIFFERENTIIS ET TEMPERAMENTO LACTIS.

IX.

CUm Lactis duplex sit consideratio, alia ut alimentum, alia ut medicamentum, nos neutram excludemus.

X.

Non æstimabimus autem hoc loco lac acetosum quod ὀξύγαλα nominatur à Galeno, aut quouis modo vitiosum & aliena qualitate quacunq; de causâ præditum.

Sed

XI.

Sed de Lacte secundum naturam sano, puro, sincero, quod nullam externam qualitatem, vel colore, vel odore, vel gustu præ se ferat, sed sit quàm suauissimum & sibi ipsi continuum, & consistentia quantum fieri potest æquale, extractum de animali ætatis florentis, nobis sermo erit.

XII.

Hoc cuius sit temperamenti non omnes consenserunt.

XIII.

Et si enim passiuas qualitates æstimantes humidum constituerunt, de actiuis tamen explicantes contraria multi asseruerunt.

XIIII.

Alij enim præsertim recens multum calidum fecerunt, alij frigidum. Nonnulli etiam alijs atque alijs in locis modò calidum modò frigidum.

XV.

Neq; mirum hoc alicui videri debet, cum & in utramq; partem rationes probabiles facillè dari possint, præsertim lacte non distincto.

XVI.

Non potest enim fructuosè doceri aut explicari rectè quicquam quod sit multiplex, sine accurata distinctione, tam in arte Medica, quàm in alijs.

XVII.

Vnde nimirum Plato ait in Phædro: Eandem fermè esse rationem Rhetoricæ & Medicinæ, propterea quod in utraq; naturæ distinguendæ sint.

XVIII.

Primum igitur res ipsa de qua agimus per suas differentias digerenda est.

XIX.

Possunt autem Lactis uariè dari differentiæ, vel ab alimentorum ratione sumptæ, vel ab animalis ætate, vel ab anni aut partus temporibus &c. Quo respectu neq; Lac plurimum individuorum vnus speciei eiusdem est temperamenti, neq; vnus individuus semper.

XX.

Possunt & à regionibus sumi specierum differentiæ & ab alijs. Sed hæc nihil est necesse ad viuum omnia, quod Tullianum ait prouerbium, refecare.

XXI.

Ab ipsis animalium differentibus formis certissimæ differentiæ peti debent & rectissimè possunt.

XXII.

Differentiæ igitur Lactis sunt totidem, quot sunt animalium Lac generantium species.

XXIII.

Lac verò habent illa, quæ animal intra se generant iuxta regulam Aristotelicam.

Sed

XXIII.

Sed horum omnium curiosè instituire Catalogum, necesse non est, cum possint Medicæ considerationi sufficere genera lactis illa, quæ sunt in communi vsu hominum, ad quorum curam respicit, ut iam antè dictum est, Medicus.

XXV.

Nobis igitur fermè in vsu est humanum, caprinum, vaccinum, ouillum, Multis etiam asininum, quibusdam & equinum & Camelinum.

XXVI.

Iam Medicæ considerationis est, non æstimare rerum temperamenta simpliciter, quod faciunt Philosophi, sed comparatione ad hominem instituta. Ita enim & de temperamentis iudicat Galenus.

XXVII.

Statuamus igitur Lac humanum ueluti cæterorum generum regulam, ad quod illa conferantur, & eorum temperamenta explicentur.

XXVIII.

Lac autem quodq; tale esse existimemus, quale est ipsum animal.

XXIX.

Habent enim partes rationem aliquam ad suum totum.

Quam-

XXX.

Quamobrem cum inter animalia sine contro-
uerſia homo ſit temperatiſſimum: erit quoq; illius
lac naturę corporis contemperatum & optimum.

XXXI.

Quantum verò ab hominis temperatura quodq;
animal declinat, Vel ad caliditatem, vel ad frigidi-
tatem: tantò etiam lac eiufdem lacte humano erit,
vel calidius, uel frigidius.

XXXII.

Neceſſariò itaq; prædictorum animalium tem-
peramenta cogitatione inueſtiganda, & ad homi-
nem conferenda erunt.

XXXIII.

In qua conſideratione Lac equinum calidius
humano eſſe ſtatuimus, & illo ipſo adhuc calidius
Camelinum.

XXXIIII.

Aſinum verò, Vaccinum, Caprinum, & O-
uinum frigida eſſe putamus, collata ad humanum.
Ipſa autem inter ſe tantum differre, quantum diſfe-
runt animalia ipſa in temperamentis.

XXXV.

Atque hæc ita ſeſe habere, cum bonorum auto-
rum testimonijs, tum rationibus & experientia pla-
num fieri poſſe conſidimus.

DE

DE PARTIBVS LACTIS.

XXXVI.

Lac esse diuersarum partium ostendit $\sigma\chi'iois$.

XXXVII.

Ex partibus autem constat tribus potissimum: pingui siue butyrosa, aquea seu serosa, terrestri siue caseosa.

XXXVIII.

Atque ita sensisse arbitramur non modò Galenum, Auicennam, & alios plerosq; Medicos, sed Aristotelem quoq;.

XXXIX.

Et si enim Aristoteles lib. 3. de hist. animal. cap. 20. duas tantum constituere videatur, dilutiorem scilicet illam quam serum nominamus, & corpulentiorē seu caseosam, tamen pinguedinis lactis prope modum oleosæ in eodem cap. fecit mentionem.

XL.

Possset addi fortassis & quarta, ea scilicet quæ butyro extracto relinquitur, vulgò lac butyraceum nominata.

XLI.

Sed eam quoq; nihil aliud quam serum quoddam esse iudicamus partis pinguioris, quod relin-

B

quitur

quitur subacidum extractis partibus dulcioribus :
sicut aqua casei relinquitur separatim partibus terre-
stribus & in Massam casei coactis.

XLII.

Alia verò partes in alio atq; alio lacte magis
vel minus abundant.

XLIII.

Ita caseus qui à coactio lacte sic nominatus est
Varroni, non fit secundum Aristotelem ex anima-
libus quæ vtrinque dentata sunt, quod lac eorum non
coeat.

XLIIII.

Quoniam caseum ex equino lacte fieri & eun-
dem Hippacem nominari proditum est à Diosco-
ride.

XLV.

Et ipse Aristoteles equinum lac ponit in mix-
tura casei Phrygi.

XLVI.

Caseosissimum verò est Ouillum.

XLVII.

Pinguissimum bubulum, ex quo & butyrum
nuncupatum fuisse Galenus existimat.

Tenuissi-

XLVIII.

Tenuissimum Camelinum, huic proximum Equinum, deinde Asininum,

XLIX.

Inter hæc medium est caprinum : tantę præstantiæ, vt eo Iouem nutritum fuisse cecinerint Poëtæ.

DE VSV LACTIS.

L.

Lac si in ventriculo non corrumpatur, sed concoquatur, boni est succi & multi alimenti.

LI.

Ne autem corrumpatur, admiscendum est de Galeni sententiâ aliquid salis, vel mellis, uel sacchari etiam pauxillum.

LII.

Vt Medicamentum verò acribus & mordacibus oculorum, & aliarum partium fluxionibus & inflammationibus aduersatur, abluendo, illinendo & adhærendo, extergendo, acrimoniâ obtundendo, & dolorem leniendo. Est enim *πασχυοζικόν*.

LIII.

Aluum quoque deſcit.

LIIII.

Et Hæctica ac Phthoë laborantibus vtile est.

LV.

Sed hæc singula aliud lac magis aliud minus præstat, secundum distinctionem traditam.

DE PARTIVM VSV ET
TEMPERAMENTIS.

LVI.

Pars pinguis siue butyrofa quam vulgo caput lactis uocant, etsi temperata magis est collata ad cæteras: tamen ad calidum & humidum declinare videtur.

LVII.

Facultatis sanè est laxantis & concoquentis, Quamobrem & ad bubonas & parotidas curandas adhibetur.

LVIII.

Ex eo λιγνὺς quoq; seu fuligo certa ratione colligitur, cuius vsum in oculorum medicamentis commendat Dioscorides, quod exiccet, astringat, fluxus cohibeat, & ulcera ad cicatrices perducatur.

LIX.

Caseosa verò frigida est, & quia terrestris, non potest non alicuius siccitatis esse particeps.

Quan

LX.

Quanquam recens caseus multo est humidior inueterato, quippe cuius & in prima mensa ad durandam aluum vsum esse crediderunt.

LXI.

Inueteratus autem ex copioso sale etiam fit calidior.

LXII.

Tertia pars etsi vulgo Aqua lactis & Aqua casei indifferenter nominatur: tamen nos inter hæc distinguimus.

LXIII.

Aquam lactis vocamus illam quæ lacte multo veluti tenuissima à cæteris partibus secedit.

LXIIII.

Aquam verò casei quæ exprimitur cum casei fiunt, vel per coctionem etiam à nonnullis traditam segregatur, cum $\sigma\chi\iota\sigma\eta$ conficitur.

LXV.

Differre autem temperamento quoque hæ partes inter se videntur, Illa enim aquosior esse videtur, hæc verò acutum quiddam habere, cuius virtute magis soluit & subducit.

PROBLEMATTA

QV A E D A M.

I.

QV. POSSITNE mulier quæ neq; peperit, neque
grauida est, lac habere ?

II.

Vtrum maribus quoq; lac proueniat, nec ne ?

III.

Habeántne mulieres fuscæ lac salubrius quàm
albæ ?

IIII.

An absolutè uerum sit: lac eius mulieris quæ
puellam peperit, frigidius esse & humidius lacte il-
lius quæ puellum enixa est ?

V.

An lac vnum & idem nunc calefacere, nunc fri-
gefacerè possit, secundum diuersas passuri corporis
dispositiones ?

VI.

Vtrum salubrius, lac serosum, an serositatis
expers & caseosum ?

Vtrum

VII.

Vtrum lac liquidius magis, crassius verò minus aluum subducatur ?

VIII.

Præstetne post lactis assumptionem vigilare an dormire ?

IX.

An uerba Aphorismi Hipp. Lac dare febricitantibus malum, absolute accipienda sint, an verò limitanda & quomodo ?

X.

Quas ob causas lac neque caput dolentibus neque sitientibus dandum ?

XI.

An & qua ratione lactis assiduus usus, noceat dentibus & gingivis ?

XII.

Sitne verisimile Zoroasten 20. annos in solitudine solo caseo vitam sustentasse, & quali ?

F I N I S.



VII

Ad hunc locum, ubi magis, etiam verum
hunc aliquid dicitur

VIII

Ad hunc locum, ubi magis, etiam verum
hunc aliquid dicitur

IX

Ad hunc locum, ubi magis, etiam verum
hunc aliquid dicitur

X

Ad hunc locum, ubi magis, etiam verum
hunc aliquid dicitur

XI

Ad hunc locum, ubi magis, etiam verum
hunc aliquid dicitur

XII

Ad hunc locum, ubi magis, etiam verum
hunc aliquid dicitur

XIII

6



